

Codice Diplomatico Longobardo I, 73

+ In Dei nomine. regnante domnos nostros Liutprand et Helprand Deo iuuante regibus, anno regni eorum Deo propitiantem .XXVIII. et quinto, mense februario, per inductione octaua; feliciter. Sichimund uir uenerabilis arcipresbitero tibi eclesia Dei adque beato sancto Petro patrono meo perpetuam salutem dixit. Dum enim uelsi indignum Sichimund ex infantia deuotus desiderans domino Iesu Christo uel eiusque liminibus prumtisque animo deserbire, una cum eius clementia tractaui in memedipso, ut de parnis rebus substantiola mea uel adquisitulo meo quamuis in modico me ante tribunal eterni iudicis saluare possim. odie in Dei nomine ego qui supra Sichimund arcipresbites per hanc dotis titulo offero Deo adque beatissimo sancto Petro, ubi ego quamuis indignus ex infantia deserbire uisus fui, id est: parte meam de casa hic prope Silice, ubi cummanire uideor, cum solamento uel cum omnia adiacentia sua, cum mouile uel inmouile seo semouentibus, omnia usitilia, seo scherpa meam, tam pannis, eramen, uel auricalco, codicis, uel omnia quidquid in meo dominio esset uidetur, tam horto, fenile, casas massaricias cum omnia ad se pertenentem, cum familias suas, cum territoris, cultis et incultis, quod a me ubique pertenire uidetur. simol et terra uacula hic prope ciuitatem cum uinea, oliueta, siluis, uergariis, castanetis, cultis et incultis, mouilia uel inmouilia, serbis uel ancillas, omnia et in omnibus que mihi ex iura parentum aduinet, seo quem per qualiuet ingenio cunquire potui. similiter et res illas qui fuet quondam Sindi socero meo, qui mihi obuinet per coniuge mea Auria, tam cases, terra, uinea, oliueta, cultis et incultis. omnia et in omnibus, iam dixi, quidquid a me per qualiuet ingenio deuolutum est, parte meam in integro tibi qui supra beate sancto Petro tranfundeo in integrum ad possidendum. et hoc atdidet animus meus, uolo adque discerno, ut, dum aduiuere meruero, omnia et in omnibus in mea elemosina uolo esset potesatem, rebus meis uel de scherpa mea elemosina porrigendi pro redemtionem anime me, serbus uel ancillas qui de bene meritus fueret liuertandi, pro redemtionem anime me faciendi quidquid uoluero, nam non aliter per nullo ingenio alienandi de suprascripta res meas. et post transito uero meo, siquod superius legitor, in eodem tenure possedeat ipsa sancta uirtutem, et sacerdus, qui iuidem deserbieret, pro me Dominum exorare diueat, et luminaria sanctorum Dei faciat, et missarum precibus at Dominum non cesset cantare. et nunquam me heridis successoris meis auersus ipsa Dei eclesia uel eius custudis ire quandoque presumat. et quod a me supra offerta uel cunfermata sunt, ita ut ad nullo hominem disruppi possant, set magis roboretor in suo uigure et in sua potestatem ipsa eclesia sine omnem impedimento inimici, iuuante dominum Iesum Christum. et quis quando quandoque tempore aliquid homo post meo decesso ire temtauerit, aut retrahere uolueret quod a me supra offerta uel cunfermata sunt, in Dei omnipotens incurrat iudicium, et ab ipso sancto Petro uel ab omnibus uertutibus sanctorum reatus sui suscida, et catenis igneis ad eterna tormenta trahantor, et faciendi nulla ueas potestatem resubrabendi; et pagina dothalii in suo rouore permaneat. Et Gaudentius quamuis indigno presbitero scriuere rogaui, et subter signa sancte croci feci, sub stipulatione sponsione sollemnique interposita. Actum Luca, regno et inductione suprascripta; feliciter. Ego Sichimundus uir uenerabilis arpipreuitero i hac pacina totatilium seo confermatio a me facta in Sancto Petro, sicut superius legitur, propria manus meas suscripsi et confermaui.